



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CXXIV. Alia securitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

suggestit quod pagenfis &c. *ut supra pag. 389.*

*De divisione ubi Missus est Regis.*

CXIV. Dum & divisio & exaquo inter illum & illum seu confortes eorum de alode illo aut de agro illo celebrari debet &c. *ut supra pag. 386.*

*De causis alterius recipiendis.*

CXV. Fidelis Domino propitio noster ille ad nostram veniens praesentiam suggestit nobis eò quod propter simplicitatem suam causas suas minime possit prosecuere vel admallare &c. *ut supra pag. 387.*

*Formula citationis.*

CXVI. Quoniam imperialibus sanctionibus cautum est ut absentes, contra quos actiones exercere cupiunt, in iudicio copiam sui facere edictis citentur, idcirco ego iudex has admonitorias tibi delegeo, quatenus in iudicio praesentiam tui facias, intentionemque actoris suscipias, eique oppositiones legum atque exceptiones objicias.

*Editio legibus comprehensa.*

CXVII. Lex Romana pro utilitate humani generis exposcit ut si quando cuiuscunque iniusta appellatio comprobatur, sumptus quos post appellationem adversarium suum accusator compulsi sustinere &c. *ut supra pag. 485.*

*Si de homicidio accusatio processerit, secundum hanc sententiam inscriptio celebretur.*

CXVIII. Quicumque alium de homicidij crimine periculosa vel capitali objectione pulsaverit &c. *ut supra pag. 485.*

*Relatio cum iudicio.*

CXIX. Auctoritate legis praecipuum est ut in toto litis termino requiratur per quem orta est contentio, & si alium ad rapinam faciendam adgreditur &c. *ut supra pag. 485.*

*Breve sacramenti.*

CXX. Sacramentum qualiter ingressus est ille in Ecclesiam sancti illius in loco nuncupato illo sub praesentia illius iudicis vel honorum virorum qui subter tenentur inserti &c. *ut supra pag. 486.*

*Securitas pro homicidio facto, si se pacificaverit.*

CXXI. Domino fratri illi. Dum instigante adversario, quod non debueras, germanum nostrum illum visus es interfecisse &c. *ut supra pag. 487.*

*Alia securitas.*

CXXII. Non minima sed maxima vertente discordia inter illum & illum, & ille veniens ante ill. & ill. repetivit ipse ill.

adversus ipsum ill. eò quod genitorem suum &c. *ut supra pag. 449.*

*Alia securitas.*

CXXIII. Non minima sed maxima vertente discordia inter ill. & ill. veniens in locum ill. ante bonos homines repetebat ipse ill. causam suam vel conjugis &c. *ut supra pag. 463.*

*Alia securitas.*

CXXIV. Dum & plerisque vel omnibus non habetur incognitum qualiter homo aliquis nomine ille hominem illius Episcopi five Abbatis nomine illum instigante diabolo, peccatis facientibus, malo ordine interfecit, unde vitae periculum incurrere debuit. Sed postquam venit idem homicida coram ipso Pontifice, vel coram illo Comite, seu quampluribus magnificis viris quorum nomina subter tenentur inserta, percunctati sunt ab eo utrum ille hoc quandoque perpetratum haberet, an non. Idem verò homo, qui ex hoc inquirebatur, praesens aderat, & hanc causam nullatenus denegabat, sed magis exinde confessus fuit, scilicet quod hominem ipsius Episcopi vel illius Abbatis, unde inquirebatur, interfecisset. Hac igitur de causa iudicatum est ei ab ipso Comite vel ab ipsis Scabinis & pagenfisbus loci illius ut illam leudem, quod sunt solidi tanti, pro suo vvadio ponere deberet, quod ita & fecit. Postea verò necesse fuit ut ipsi homini, qui ipsam leudem ponere visus est, talem epistolam securitatis per manus eorum firmatam ab ipso Pontifice vel ab ipso Comite seu ab aliis illius loci pagenfisbus accipere deberet, ut in postmodum de illo homicidio, quod tunc componere visus est, securus valeat residere. Et si postea aliquis existerit, quaecunque libet persona, qui ipsum hominem de hoc remallare voluerit, ipsi fratres vel successores ipsius, seu agentes ejus, qui hanc compositionem accipere visi sunt, ipsum hominem contra quemlibet defendere debeant, & si hoc facere non potuerint, restituere debeant tantum quantum dedit. Complacuit itaque tam ipsi Pontifici quam ipsi Comiti seu aliis quampluribus magnificis viris ut talem securitatem ipsi homini facerent, sicuti & fecerunt. Et si aliquis postmodum eum de compositione remallare voluerit, ut ipse Episcopus vel successores ejus seu agentes ipsum hominem de hac causa omnino defendere debeant, aut restituere ei debeant tantum quantum dedit. Actum. & cetera.

*Alia*